



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.15. Officii Reformatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. *Imperator, quam Episcopus illius Civita-*  
A. C. 599. *tis continuo profitentur. (\*) Nihilomi-*  
*nus, si illa Ecclesia, aut quæcunque alia*  
*usus salutare habet, in rebus bonis etiam*  
*me inferiores imitari paratus sum, quæ-*  
*pe, in contemptu eorum, quæ meliores*  
*sunt, Primatum constituere stultitia foret.*

## §. XV.

*Officii Reformatio.*

*Jo. Diaconus II*  
*vit. c. 17.*  
*Sup. XXX.*  
*n. 42.*

Ex ista Epistola S. Gregorii cognoscimus, ipsum jam hoc anno 599. Officium Ecclesiæ Romanæ reformavisse; cumque Factum istud durante ipsius Pontificatu inter cætera memoratu dignissimum sit, id paulo fusius referemus. De illa Officii Missalis Collectione, quæ Gregorium Papam Auctorem habet, S. Gregorius aliqua omittenda, alia mutanda, & aliqua addenda esse censuit. Omnia in unum Volumen collegit, quod ejus Sacramentarium dicitur. Ita olim appellabatur Liber, in quo preces in Administratione Sacramentorum, præsertim in Celebratione S. Sacrificii a Sacerdote dicendæ continebantur. Quæ cantanda erant, in alio notabantur Volumine, quod Antiphonale dicitur, quia alternatim diversi chori cantabant, unde Anti-

(\*) Quid ad hoc S. Gregorii Testimonium Protestans noster respondere queat? ideo tacet.

Antiphonarum Nomen, ut alibi explicavimus, ortum duxit. Lectiones ex alio Volumine, quod Lectionarium dicebatur, & Psalmi item ex alio, nempe Psalterio, legebantur. Rursus ipsas Regulas in usu observandas (videlicet illas, quas hodie dicimus Rubricas) aliud volumen, cui titulus erat: Ordo Officii, complectebatur. Græcis hodieque plures libri sunt, in quibus diversæ Officii Partes descriptæ. Latinis quoque ad diversas functiones erant diversi Libri, scilicet Ordo Missæ Pontificalis, Ordo Baptismi, Ordo Ordinationum. Libri, quos habemus, Nomen, *Ordo Romanus*, præferentes, in hoc genere omnium antiquissimi sunt, & saltem S. Gregorii ævo non posteriora creduntur. Hoc Nomen, *Ordo Romanus*, inde adepti sunt, quia cujuslibet Regionis Ecclesiæ diversum Ordinem Liturgiæ, aliarumque Officii Partium habebant. Non solum Græcia & Oriens, sed etiam Ecclesiæ Latinæ, Africa, Hispania, Gallia, & illa Italiæ Pars, quæ Ecclesiæ Mediolanensi subiecta erat, diversis Liturgiis utebantur, ut infra explicabimus.

## §. XVI.

*Ecclesiæ & Stationes.*

Ut Lector facilius intelligat, quis modulus Missæ Pontificalis Romæ fuerit 1. & 2.

Ii s

in

Sæculum VI.  
A. C. 595.*Sup. XVIII*  
n. 46.*V. Mabill.*  
*comm. in ord.*  
*R. c. 2.**Ord. Rom.*